

1349

P O L E M I C I.

1350

nutiis differat, quod Librariis tribuendum.

DXCIX.

U.656 Codex membraneus lat. Sec. XIV. et XV. Folior. 97. 8. commode scriptus, rubro distinctus, et quondam, ut p. 56. notatur, *Monasterij S. Dorothee in wienna*, unde ad *Job. Fabrum Ep.* devenit, ita orditur: *Incipit Epistola Rabi Samuelis missa Rabi ysaac ut supra* (infra). Egi de noto hoc Opusculo, ejusque Interprete *Alfonso Boni Homini* O. P. jam *Vol. I. P. 2. col. 2350*. In Exemplo praefente habetur Prooemium *Alfonsi* ad *Hugonem Magistram Gen. sui Ordinis datum Parisius*, sed absque omni nota temporis. In Praefatiuncula subsequa *Magister Samuel israelita* dicitur *orundus de sercz regni marrochitani* et *Rabi ysaac magister synagoge que est sub inlicza in regno predicto*.

Qui caret numis

Dem bylft nicht das er frum is.

Tò *flecht* positum pro *gerad*, *rebus*. Accedunt tardius scripta: *Benedictio Vini S. Johannis Evang.* et *Ritus adtondendi capillum. Ad Bobemiam, Moraviam, Poloniam aut Silesiam* *Rituale* istud quondam pertinuisse, suadent *fol. 46.* in *Litaniis invocati Adalbertus, Stanislaus, Wenceslaus, Vitus, Gallus, Margaretha, Ludmilla, Hedwigis, et Maternus*, quem ad diem 14. *Sept.* in Ar-

Sed nempe corrupta haec. Ad calcem adjecit Interpres: *Et ego frater alfonsus boni hominis byspanus amore vestri hoc addidi ad translacionem illam quam feci nuper magistro ordinis nostri de epistola Rabi samuelis.*

II. *fol. 27.* manu Sec. XV. sequitur *ἀνεπιγχαφως Rituale*, quod a Baptismi ceremoniis exorsum Exorcismum Salis et Aquae, Introductionem Mulieris post partum in Ecclesiam, Unctionem Infirmorum, Collectas ad Feretrum, Benedictionem Cerei in die Purificationis, item Cinerum, Officium in die Palmarum, Feria VI. et Sabbato ante Pascha, Benedictiones variorum Cibariorum in Paschate, et Herbarum in Assumptione B. V. M. item Euntium ad limina Sanctorum, Ordinem in die Animarum et tandem Benedictionem Avenae complectitur, cui subscriptum:

Sed qui dat summis

Der macht slecht das do krumm is.

chidioec. *Pragensi* memoriam habere ex ejus *Proprio SS.* video. Quae vero sit *Sancta Kasaria*, nondum didici.

DC.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 50 Folior. 253. f. per duas columnas exaratus, rubricis distinctus et olim *Librariae Collegii Ducalis* datus testamento, ut p. 1. subnotatur,

P 3

1351

CODICES

1352

tatur, M. Pauli (Leubman) de Mellico Theol. et A. L. Doctoris, Decani et Canonici Vien. extincti a. 1479. praemisso Operis Elencho hunc exhibet Titulum: *Incipit dyalogus qui vocatur scrutinium scripturarum compositus per Reverendum p. dominum Paulum de sancta Maria magistrum in theologia episcopum Burgen. Archicancellarium Serenissimi principis domini Jo. regis castelle et legionis quem composuit post addiciones per eum compositas ad postillam nicolai (de Lira) Anno domini M^o CCCC^o XXX^o etatis vero sue anno LXXXI. Idem paene repetitur ad calcem Operis, de quo egi Vol. super. P. II. Atque hae Hederae etiam primis ejus Editionibus adpenfae sunt.*

Fol. 229. sequitur Conspectus omnium Capitum V. T. hoc rubro: *Incipiunt tituli in libro genesis. Ad calcem minio: Expliciunt sententiae 2ⁱ libri Machabeorum, in hoc finitur vetus testamentum, et hoc registrum Biblie pro studentibus pauperibus valet.* Certe illo tempore, quo Ars imprimendi Librorum pretium nondum immuerat. Quod non perpendunt, qui de neglectu sacrarum literarum illius aevi paratragediant.

DCI.

R. 46 Codex chartaceus germ. Sec. XVIII. Folior. 35. 4. Scriptum polemicum est Job. Ernesti Perring Pragensis aetatis anno 11. ab Judaismo ad Sacra Christ. Catholica transgressi nullo anni, quo il-

lud concinnavit, indicio. *Capitibus XVII. definitur, agitque primum de Praeceptis Decalogi, tum de praecipuis Fidei Christianae Articulis, ostendendo, quomodo illa a Judaeis parum cognoscantur, et observentur, hi vero contentui et odio habeantur. Non pauca de illorum tanguntur Ritibus, congesta ex aliorum Περσικων Scriptis, ut videtur, quid enim Puer undennis Hebraeus apud Sues discere aut soleat, aut possit, novimus. Multa praeterea, ad captandam fortasse Hospitum benevolentiam, exaggerata sunt. Accedunt Mantissae loco Excerpta e noto Sam. Frid. Brentii Libro, qui inscribitur: *Der jüdische abgestreifte Schlangenbalg*, et lucem vidit Norimb. 1614. impugnatus a Sal. Zevi, et defensus a Job. Wulfero.*

DCII.

Codex chartaceus hisp. Sec. R. 34 XVII. Folior. 232. f. hunc jaetat titulum: *Obras del Doctor Ysbach Orobio de Castro Alias Don Baltasar Catedratico de Metaphisica y Medicina en las Vniuersidades de Alcala y Seuilla Medico de la Camara del Duque de Medinaceli y de la Familia de Borgoña del Rey Pbelipe quarto, professor Publico del Rey de Francia, en la ynsigne Ciudad de tolosa y su consejero Mayor.* Non dubito eundem esse Codicem, qui voeniit a. 1715. Hagae Comit. cum Bibliotheca Sarraziana, ita omnia, quae de eo in ejus *Bibl. Catalogo p. 21.*